



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**Carmen De Confessione, Et Conversione Latronis In Crvce**

**Major, Johann**

**VVitebergæ, 1578**

**VD16 ZV 25390**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34825**





Th. 5946.







7  
L  
55



























C A R M E N  
D E C O N F E S  
S I O N E , E T C O N  
V E R S I O N E L A T R O  
N I S I N C R V C E .

*Scriptum*

*A*

*Johanne Maiore D.*



V V I T E B E R G Æ  
Excudebat *Matthaus Uelack,*  
Typis *Iohannis Schwertely.*  
Anno M. D. LXXVIII.





**H** duo, qui cædis scelera expendere merentes,  
Ad Christi latera affixi super arbore dira,  
Omne hominū genus, in specie sed dispare, reddunt.  
Obuia per mundum variarum examina cladum


Vrgent nos pœnis, & letho vindice multant.  
Multis fama DEi est lusus, vel terror inanis,  
Extremaq̄, in sorte sua, cum sp̄ritus errat  
Vltimus ora super, leuia & ludicra procaci  
Ore vomunt dicta: haud monstris, aut voce mouentur,  
Nec mentem ira DEi, propria aut incommoda tangunt,  
Ceui qui per scelera & cædem rem fecit: is auram  
Supremam exhalans excursor, & in trabe fixus  
Asperior monitis erat, & nihil edita cælo  
Flectere signa ferum poterant: non fascia templi  
Dum crepat in partes, tanquam ausa immania vellet  
Protrahere in medium, & sub aperta luce locare,  
Ne specie, aut quodam premerentur operta recessu.  
Nec terrorem animo iniicit fuga mæsta diei  
Flammeus vt rapidi Solis nitor obscuratur:  
Nec terræ tremor, aut scopuli vt sua viscera rumpūt,  
Et rimas lato ore trahunt: non frangitur ille  
Vocibus, aut signis lugubribus: instat amaro  
Execrandus homo sermone incessere Christum,  
Constans in scelere, & nil ponens numine in ipso.

Vim tantam in miseros homines habet arbiter Orci,  
Ne morbi, aut medici ratio explorata sit ipsis.


Pars hominum tamen in duris cum casibus hæret,  
Vertit corda DEi ad natum, quæritq̄ salutem,  
Vimq̄, fidemq̄ suam intuitu petit æqua frequenti:  
Ceui qui parte trabis dextra litro pendulus hæsit

Vertitur











Vertitur à scelere, & recipit se ad numina Christi:  
Instar habens animi quem carpunt tædia culpæ,  
Tædia, cum vera quæ sunt coniuncta salute.

Nam dum illi melior mutat sententia mentem,  
Multa & magna nitent virtutum lumina in vno,  
Non umbras tantum, sed signa expressa recentis  
Exhibet officij ergà homines, numenq; propinquum.

Est in mente dolor: scelerum protractio in ore:  
Omnis & in Christum fiducia respicit vnum:  
Hunc in vota vocat: quod credit, id astruit ausis:  
Ardet amore DEI: fert æqua incommoda mente:  
In crudo socio voces cum voce refutat:  
Spesq; boni æterni præsentia damna rependit:  
Et breue mortis iter, mora lenit in æthere constans.

Nam motus signis varijs, quæ conscius æther,  
Et tellus dabat alma, probans quæ numinis esset  
Vis magna, & maior ratio bonitatis in illo,  
Fit voti, veniæq; potens, quam voce rogabat.

Nec casu, nec mente DEI se pendere pœnas  
Contemto pro iure putat: nec ad astra, vel vllam  
Materiam, causas cladum, lethiq; relegat,  
Se, crimenq; suum fontem putat esse malorum,  
Vt capiat documenta iræ, pacemq; requirat.  
Nec mœsta specie, & pœnæ grauitate mouetur,  
Quò minus esse DEVM ferat hunc, qui stipite fixus  
Mortalis miseri casus & fata subibat.  
Quin pœnæ socium dictis appellat acerbis,  
Obijcit vt Christo cladem, ac hominum ausa nefanda  
Esse DEI probrum putat, atq; ob dira, minorem  
Esse DEO censet, spectacula mortis iniqua:



*Vt semper coetus sacer ex cruce vilis habetur.*

*Dumque has ex animo voces sonat: optime mundi  
Rector, habe nostri rationem, & redde salutem,  
Inque tuam recipe alme fidem me digna ferentem:  
His votis, & honore precum, cultuque sacro  
Is Christo numen, iusque omne ascribit in omnes,  
Et vim, qua nullo constricta est fine, modoque.*

*Dum sic ore refert, spe Christo fretus, & imo  
Hunc animo accipiens, strepitus Acherontis auaros  
Sub pedibus ponit, mortisque à inre solutus  
Consequitur sine morte statum, sedemque piorum,  
Semper flore nouo spirantes numinis hortos.*

*Tantane est superis curæ communio sacra,  
Vt fera tigna sonent, cum muta est concio templi?  
E squalore aliquis veri venit autor in auras,  
Cum sacra præcipui doctores munere produunt.*

*A Christi latere, & propè causa turba recedit  
Iuncta prius, seque ex oculis, & luce reflectit  
Vim metuens, vocemque premit: vix semina veri  
Parua fouet, pendetque animi, multusque fatigans  
Scrupulus ambiguae rationis distrabit aestu.  
Hinc Arimathis homo, & Nicodemus ab ordine patrum  
Quamquam non animo rectos deponere sensus,  
Vimque probare feram, certa est sententia vtrisque:  
Non tamen ore gerunt promptum, quod conscia sentit  
Fibra, nec in medium dant liquida signa, quòd huius,  
An gregis alterius partesue, artesue sequantur:  
Non lux ingenuos radios vult ferre sub auras,  
Nec claram reddunt rationem vera roganti:  
Quid res ipsa ferat, norunt, sed dicere mussant.*

*ECCE*



*ECCE* nouo iudicio *D*eu<sup>s</sup> admonet impia seclā :  
Terra, suo motu & fremitu hac à cæde furentes  
Auocat : & scopuli increpitant : atq; æthere cassi  
Tollunt è terra caput : & Sol ipse cruentum  
Ad facinus lucis negat vsum, & transit in vmbra.

*INDE* suam abiciens personam latro cruentus,  
Legatique p<sup>ij</sup> sumens, iam doctor ab alto  
Suggesto emicuit, vocesque expressit ad omnem  
Infusum populum, & toto capite annuit ipsi  
Hunc esse autorem vitæ, causamque salutis,  
Matre, hominem, de patre, Deum : quo certa negante  
Pabula naturæ rerum, fluxumque vigoris  
Prima resoluatur iam tunc in semina, & omne  
Orbis opus triplex confusum impunè fatiscat.  
Gratia iam in medio est posita, & se tradit in vsum  
Omnibus & nemo est expers, nisi munera spernens.

Hac vbi dicta : fidem dictis facit incita motu  
Terra : & non Lunæ obiectu Sol pressus opaco,  
Attamen exutus luce, asserit omine dicta.

Tanto autore latro probat argumenta loquendi,  
Quando agerent tenebris septi alta silentia alumni,  
Ac reliqua humani generis fex, horrida sumens  
Ora ex corticibus, faceret spectacula Baccho,  
Nec data respectus ad signa, aut numen haberet,  
Deformans verbis quod factu ornare decebat.

*TEMPORIS* illius speciem, moresque sinistros  
Moribus exprimimus nostris : mediæque tenentes  
Mortis iter multi, risum, & dicta aspera tollunt,  
Securi furiaque, Dei que, & lumine capti.  
Nec dolor incessit, cum in promptu est causa doloris,



Ceu quos à sensu mentis quidam abstrahit ardor :  
Et Christum afficiunt probro in se sponte benignum,  
Soluentem à scelere & pœna, officiumq; salutis  
Utrò indulgentem, atq; in libera iura ferentem.

Tot, superi, manesq;, ferunt certa omnia cladis,  
Nemo DEI vim, nec furias existimat ullis.

Nuper dira iubas obuertens flamma minaces  
Ad latus Eoium mundi, motusq;, vicesq;  
Afferet in mundo, atq; aliquam rem portat acerbam,  
Quæ mentes fugit, & terret tamen omne mentes.

Quid memorem ardores cœli? armorumq; fragorem  
Aëris è campis perceptum? missaq; cœlo  
Tela graui iactu? & subitos telluris hiatus,  
Vnde locis multis est labe facta, ruina  
Vrbibus, & lapsus tectis, iacturaq; templis?  
Tum pluuie in morem, guttæ cecidere cruentæ  
Saxona tangentes fatali aspergine rura.

Fluminaq; aduersas in partes vertere cursum  
Visa, hausere domos, stragemq; dedere colonis.

Informesq; vtero fœtus se rumpere ad auras,  
Monstriferiq; metum quendam intentare pericli.

Et passim diræ facies se ferre per umbras,  
Ac fletum facere, & loca diro intendere questu.


Torribus & visi flammaram absistere lapsus  
Subiectas rapido tetigerunt impete terras,  
Vt cœli vitium immineat, contagia, strages,  
Ardentes papulæ, liuores, vlcera, rabes.

Tum ficti incipiunt solus illudere Soli,  
Quos arcus pluuij nexu affecere plicato:

Quæ sunt arcus, quæ sunt, quæ sunt ante carentes

Clarebant,











Obtreclant, fatuam lucem pietatis habentes.  
Has furias vulgus colit, ex his pendet, & esse  
Cœlestes animas, & mundi lumina censet,  
Qui fraude implicuere homines, textisq; sinistris,  
Adducti à Furijs, non vt fastigia textis  
Imponant suprema suis, sed vt inde præbensi  
Fraude sua, hæerent toti lumbria mundo.

Tot præter morem species propè tempore eodem  
Exhibita: fati dant argumenta futuri,  
Concursumq; monent variorum instare malorum.

Prouida qui tractant artis monumenta, notantes  
Ex astris euenta, (fidem quis deroget astris?)  
Voce ferunt, motus sacris incumbere rebus,  
Doctrinæ impendere vices: nec iam amplius esse  
Artibus emolumenta, fugas sed in arte peritis.

Nam precio inductos, procerumq; fauore, magistros,  
Qui non sunt vitæ, & famæ, fideiq; probatæ,  
Falsò collectæ rationis tecta sonare,  
Præsulis & Latij dare pabula certa furori,  
Inq; caput gentis Belgæ informare secures.

Tum superesse canunt stragem, atq; instructa moueri  
Agmina contento progressu Solis ab ortu,  
Ac cladem Europæ, flamma, ferroq; parari  
Officijs vitæ labem, legumq; ruinam.

Inde negaturam nobis sua munera teram,  
Et res contractas Cereris, Bacchiq; futuras.

Quin & flabra modum suprâ, nec concita certo  
Ex aliquo signo, terras cum turbine versant.

Miraq; vis vnde amplexu premit arua sonanti,  
Et tumido obiectas excedit gurgite moles,

Hincq;



Hincq̄ aliquem intentat subitum & sine lege furorem.

N A M ceu suffixo ferali in robore Christo  
Sol gradiens inter signum Orionis, & vdas  
Pleiadas, amisit pallenti corpore lucem,  
Et claram speciem tristes mutauit in umbras:  
Sic fit, vt à magnis semper gens sacra prematur  
Ordinibus, nec præstò habeat tutamina legum.  
Et prælustre genus stabilis pro luce tenebras,  
Doctrinæq̄ fouet vitia, & præpostera sensa.

Præterea si fortè trabant procerum arma quietem:  
Non tamen his erit vlla quies, qui nomine sancto  
Vim, fraudemq̄ tegunt, stimulumq̄ morantibus addunt:  
Quippe modis varijs rem sacram inuoluere pergent.

Tàm varia, & petulans de Numine opinio, & error  
Et feritas morum, rigor, atq̄ affectus acerbus  
In miseris, quorum melior sententia menti,  
Præparat ad sæni Mahometi semina mundum.


S E D tu Christe potes facere, & seruare beatos,  
Quando patris tentas iram lenire precando:  
Nam tibi nulla cadunt vnquam sine pondere vota.

Quæ nostri morbi sit vis, patet inde, leuari  
Quòd nulla ratione potest, nisi morte medentis.  
Victorumq̄ grauem sortem, precij indicat ampli  
Ille valor: molem luis, ampla, & sancta luela.  
Fas, animo forti de te sentire, quod æquum est,  
Ac animo forti pro te tolerare, quod æquum est.

Est Christo præstanda fides, vel splendida rumpat  
Si rerum natura fidem: bona certa fugaci  
Sint potiora bono: nanq̄ est in funere sænus:  
Prodidit hoc latro vobis imitabile factum.

F I N I S.











In artem medicam ode Sapphira Johs Swomugy

Anno 1585

[Hilub monis february]

Nullus amor sa Nemo sumpta sum e hinc viuit.  
Saxinis Gunt Maioribus granat Gunt carat  
Fruitus annony paxmit Gunt aduizit  
Sordidus air :

Ut sub manib' homo quippe p'fent  
Cognitur ceptum r'ftrauimus Gunt Telud acceptus, r'ftrauimus Gunt  
Lapsu p'rimu' p'ris for Adami Casu p'rimu' p'ris in Sargun  
Lapsu p'fent :

Gunt graues r'ftrauimus p'rimu' Dolores

Vnde dicitur quous ois morbi,  
Quod pedum plantis, sua ter caroch  
Fronis p'ris ois mal' p'fent  
Munera p'fent.

Gunt come bronchis in appitudo  
Et fluit nodo grauis Gunt podagra, Ang nodos p. d. b. s  
Indolentia p'nt di r'ftrauimus  
P'nta p'fent.

Horales morbus carit Gunt r'ftrauimus  
Gunt apoplexis, p'fent, asmea bon  
Noxium, lumbago, r'ftrauimus p'fent

Lapsu


Lapsu p'ris r'ftrauimus p'fent  
Prora d'rauimus, p'fent r'ftrauimus  
Sento r'ftrauimus, Sargun, r'ftrauimus  
L'rauimus r'ftrauimus.

r'ftrauimus


Aureum m'ho p'ris for r'ftrauimus  
fortius, p'fent p'fent p'fent  
Et nouis morbis, m'ho r'ftrauimus  
Nomina d'rauimus.

Handwritten text on the left margin, partially cut off.











Attamen plures invidiam deventis  
Tunc omnes actum: furantibus plures  
Qui essent <sup>invidiosos</sup> ~~invidiosos~~ <sup>quod</sup> ~~quod~~ <sup>ostenduntur</sup>  
~~quod~~ <sup>ostenduntur</sup>  
Quod quid confort <sup>refugium</sup> morbos,  
Eripit id tantum <sup>gravidos</sup> dolores,  
Et verens oculis <sup>de</sup> <sup>in</sup> <sup>monitionem</sup>

epitaph

Namque mihi tabes totidem, <sup>et</sup> <sup>gravidus</sup>  
Esperantibus <sup>quod</sup> <sup>ostenduntur</sup> <sup>gravidus</sup>  
Mortis <sup>est</sup> <sup>in</sup> <sup>interim</sup> <sup>sub</sup> <sup>opere</sup> <sup>aut</sup> <sup>agere</sup>  
<sup>scandunt</sup> <sup>in</sup> <sup>libris</sup>

Aditum <sup>vin</sup> <sup>si</sup> <sup>modo</sup> <sup>non</sup> <sup>est</sup> <sup>alio</sup>  
<sup>quod</sup> <sup>non</sup> <sup>est</sup> <sup>quod</sup> <sup>est</sup>  
Maxime <sup>est</sup> <sup>tenet</sup> <sup>implentibus</sup>  
Similis <sup>divus</sup> <sup>dominus</sup> <sup>in</sup> <sup>belli</sup>  
Favore, <sup>et</sup> <sup>perdit</sup> <sup>perdit</sup> <sup>laborem</sup>

¶ <sup>Ex</sup> <sup>terro</sup> <sup>clam</sup> <sup>nos</sup> <sup>in</sup> <sup>lumbis</sup>  
Mortis <sup>aggressus</sup> <sup>velut</sup> <sup>imparatus</sup>  
Erunt <sup>quod</sup> <sup>non</sup> <sup>est</sup> <sup>in</sup> <sup>ullis</sup> <sup>ore</sup>  
<sup>quod</sup> <sup>non</sup> <sup>est</sup> <sup>atque</sup> <sup>est</sup>

Quis <sup>tamen</sup> <sup>contra</sup> <sup>invidiam</sup> <sup>offert</sup>  
Largus <sup>gratum</sup>: <sup>ante</sup> <sup>notum</sup>  
Largus <sup>in</sup> <sup>viam</sup>: <sup>in</sup> <sup>videntia</sup> <sup>domibus</sup>  
<sup>quod</sup> <sup>non</sup> <sup>est</sup> <sup>in</sup> <sup>via</sup>








Desmono erat p[ro]p[ri]us p[ro]p[ri]us  
 principum, et d[omi]ni, d[omi]ni  
 h[ab]uer[unt] breu[em] amplat[em] h[ab]uer[unt], et omnia  
 h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]  
 h[ab]uer[unt], et d[omi]ni h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]  
 p[ro]p[ri]um, sicut manu[m] m[un]danam  
 qui suos gressus p[ro]p[ri]os p[ro]p[ri]os  
 d[omi]ni. h[ab]uer[unt]  
 d[omi]ni h[ab]uer[unt] d[omi]ni d[omi]ni h[ab]uer[unt]


h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]  
 h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]  
 h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]  
 h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]

h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]  
 h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt] h[ab]uer[unt]











etiam sed palam agendum

De rebus et in varia transactio

Prax. in angulo factum est illud

Sapius locutum esse patuit, siluisse nunquam

Qui propria tacere non potest, quomodo is aliena celet

Non temere aperias cor tuum, nisi non cum probis <sup>con</sup>verseris,  
illud enim fatui est.

Sapiens cum necesse est, palam se defendit, cum  
antea recte se egisse sciverit; propter malos autem

cogitur aliquando palam detegere  
sua mentem.

Quid: de medicina fieri  
Nunc ad fontes vada sequimur sic

Adhuc de rebus et in varia transactio









Th

5946